UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Zosimo Presbytero. 218.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

Sereno Diacono. 217.

Qui animum ad virtutē acuunt, vt qui diuinæ philoſophię natiua ſimulacra ſint, neceſſitate compulſi commercium cum corpore habent, rebúſque neceſſariis contenti auaritiæ tumultum ac moleſtiam, vt vitij omnis fontem, odio inſectantes, innumeris malis eximuntur. Qui autem ſolum corpus hominem eſſe inconſideratè arbitrantur (quorũ in numero te eſſe nonnulli affirmant, ego verò minimè adducor vt credam) inexplebili opum amore laborantes, hoc ipſo quòd nunquã eos ſatietas capit excruciãtur, atque irritæ cupiditatis œſtro perciti, ſéque perpetua inopia premi exiſtimãtes, ea perpetrant, quæ perpetrare nefas eſt. Quocirca ipſos oportet, cũ animo ſuo illud voluentes, quòd & ampliſſimus cẽſus, ſi cum immoderatis appetitionibus conferatur, paupertas inuenitur, contráque, ſi, quantum naturæ ſat ſit, ſpectetur, paupertas diuitiarum rationem habet, huiuſmodi inſaniæ finẽ cõſtituere.

Σερήνῳ διακόνῳ. σιζ.

Οἱ μὲν τὴν ψυχὴν πρὸς ἀρετὴν ἀκονῶντες ἅτε θείας φιλοσοφίας ὄντες αὐτοφυῆ ἀγάλματα, δι᾽ ἀνάγκην προσομιλοῦσι τῷ σώματι, καὶ τοῖς ἀναγκαίοις ἀρκούμενοι τὸν τῆς φιλοχρηματίας ὄχλον, ἅτε πάσης κακίας πηγὴν μισοῦντες, μυρίων ἀπαλλάττονται κακῶν. οἱ δὲ μόνον εἶναι σῶμα τὸν ἄνθρωπον ἀλογίστως ἡγούμενοι, ὧν ἕνα σε εἶναί τινες ἰσχυρίζονται· ἐγὼ δὲ ἀπιστῶ τὸν ἀκόρεστον ἔρωτα τῶν χρημάτων νοσοῦντες τῷ μηδέποτε κόρον λαμβάνειν βασανίζονται, καὶ ἐπιθυμίᾳ ἀνηνύτῳ οἰστρούμενοι, ἀεί τε ἐν πενίᾳ εἶναι νομίζοντες, δρῶσιν, ἃ δρᾶν οὐ θέμις. χρὴ οὖν αὐτοὺς λογιζομένους ὅτι καὶ πλοῦτος μέγιστος, ὡς πρὸς τὰς ἀμέτρους ὀρέξεις, εὑρίσκεται πενία, καὶ ὡς πρὸς τὸ τῆς φύσεως αὔταρκες, ἡ πενία πλοῦτος ἐστὶ παύσασθαι τῆς τοιαύτης μανίας.

Zoſimo Preſbytero. 218.

Permulti te grauiter ſanè & acriter traducũt: ac fidem apud omnes nanciſcuntur. Ego verò celerrimè congruentiſſiméque hoc dixerim, æquum eſſe te, ſimili ſaltem ætate, illud ſcire, corporis voluptates innumeros cruciatus accerſere.

Ζωσίμῳ πρεσβυτέρῳ. σιη.

Πολλοί μέν σε δεινῶς σφόδρα καὶ καταφορικῶς ἐκκωμῳδοῦσι, καὶ παρὰ πάντων πιστεύονται. ἐμοὶ δὲ τάχιστα καὶ εὐπρεπέστατα λελέξεται, ὅτι δίκαιος ἂν εἴης, κἂν ὀψὲ τῆς ἡλικίας, γνῶναι ὅτι μυρίων τιμωριῶν πρόξενοι εἰσὶν αἱ περὶ τὸ σῶμα ἡδοναί.

Vrſenuphio Lectori. 219.

Abſalon quidem à diuina iuſtitia ſupplicio affectus eſt, quòd exauthorandi patris cauſa probi iudicis ſpeciem præ ſe tuliſſet, ſubditóſque per huiuſmodi lenocinium ſibi deuinxiſſet. Imperium enim ambiebat, ac ſtipatorum manum cogebat, atque ad ſublimem tyrannidē velut exſtructis turribus aditum ſibi muniebat. Qui autem ad eius partes ſeſe adiunxerant, ac tyrannidem tantùm non extruxerant (ſiquidem in huius principium, illius autem

Οὐρσενουφίῳ ἀναγνώστῃ. σιθ.

Ὁ μὲν Ἀβσαλὼμ δίκην παρὰ τῆς θείας ἀπητήθη δίκης, ἐπὶ καθαιρέσει τοῦ οἰκείου πατρὸς προσποιησάμενος ἀγαθὸς εἶναι δικαστής, καὶ τοὺς ὑπηκόους διὰ ταύτης τῆς κολακείας οἰκειωσάμενος, ἐμνᾶτο γὰρ ἀρχὴν καὶ δορυφόρους συνεκρότει, καὶ ὑψηλὴν τυραννίδα ἐπύργου. οἱ δὲ συνδραμόντες καὶ μονονουχὶ κατασκευάσαντες τὴν τυραννίδα. ἀπέβλεπον γὰρ οὗ μὲν εἰς τὴν ἀρχήν, οὗ δὲ εἰς τὴν τελευτὴν δίκην